



*Adorare*

# ΟΙ ΤΗΣ ΗΡΩΙΚΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΠΑΛΑΙΟΙ ΠΟΙΗΤΑΙ ΠΑΝΤΕΣ.

## POETAE GRAECI VETERES RES CARMINIS HEROICI SCRIPTORES, QVI EXTANT, OMNES.

Homerus.  
Hesiodus.  
Orpheus.  
Callimachus.  
Aratus.  
Nicander.  
Theocritus.

Moschus.  
Bion.  
Dionysius.  
Coluthus.  
Tryphiodorus.  
Musaeus.  
Theognis.

Phocylides.  
Pythagoræ aurea carmina  
cum fragmentis aliorū.  
Apollonius Rhœtius.  
Oppianus.  
Cointus Smyrnaeus.  
Nonni Dionysiaca.

### APPPOSITA EST ET REGIONE *Latina interpretatio.*

Notæ item & variae lectiones margini adscriptæ.

Cura & recensione IAC. LECTII. V. CL. Auctoris damnati

Accessit & Index rerum & verborum locupletissimus.

Dñs Fratris Pernij Bayenij  
in Salm. Universit. Sac. Lingg.  
propter Interpretis. 1760.

Pertinet olim ad Bibliothecam Dñs Argent Canonicus quondam Valentini,  
quam moriens legavit fratibus Ministris Conventus  
Benedicta Val. n. 2. Diocesis.



### AVRELIAE ALLOBROGVVM

Sumptibus Calderianæ Societatis.

ANNO CLO IOC VI. = 1606.

D. Hieronymus Augustinus Morla  
Canonici ac Fidei propositi censor.



# SCIPIONIS CARTEROMACHI PISTORIENSIS ORATIO DE laudibus literarum Græcarum.



V M varia multipliciāque sunt, viri studiosissimi, quæ apud diuersos homines bona honestatē exultantur: pro cuiusque commodo aut naturae convenientia: illud profecto optimum videri debet quod consensu omnium, aut certe probatissimorum, utilissima humano generi natura edidit. Quod enim beneficia summa omnibus contulit, consertque quotidie, id non esse optimum, dici non potest, metitur enim lontanitate beneficentia. Disciplinis autem à diis immortalibus nihil utilius datum esse hominī, tam nemini dubium esse video quām nihil animo ipso diuinus: cuius illa sunt possessiones ac facultates. Neque verò obscurā sunt aut ignota earum beneficia hominibus: quām & audiunt ea quotidie, & videant, atque omnibus penè modis experiantur. Quod si disciplinae utilissimæ, quanto id dignitas esse censendum est cuius hæ potissimum beneficio manariant in lucem? certè maximæ, & cui nihil anteponi vel posſit, vel debet. Id autem esse Græcam præcipue linguam, quam egregios in quibus disciplina viros, non credidisse modò sed & tradidisse, vel legerim vel audierim, ipse quoque facili me in eandem sententiam adduci patior. Cuius rei vos certè indices in præsencia facio, qui quām eiusmodi ornamenti insigniti omnes atque honestati prodeatis, Græca quoque vel in vobis ipsis admiramini, vel in alijs studio prosequimini. Exilimo autem quicquid laudis vniuersis simul conueniat disciplinis, id omne Græca lingua meritis non iniuria ascribi oportere, quod quām verum sit, mox audietis. Nam enim hic Græca lingua laudes exploraturi accessimus, quantumque ex ea manari vilitatis humano generi: quanquam ea Latios præstrem hominibus contulerit semper, coſſerēque possit in dies magis vti volentibus.

Igitur Græca lingua (si Græcorum scriptorum sua prudentium fidem sequimur) verutissima nobilissimæ est. Quippe quæ non aliunde traxerit initium, sed apud suos homines veluti naturali quoddam ortu prodierit in lucem, atque maioribus affidit incrementis molenerit. Nam quom Athenienses, quorum purior atque eleganter sermo est, *avvègora* (hoc est indigenas ipsò que sœ terra perpetuo incolas, proprie que cultores) dici conueniat inter scriptores, quis non videt lingua quoque ipsam, nō minus *avvègora* dici debet. Sermo enim à natura homini datum, certain hominis etatem necessariā consequitur: nisi quid impedit, non enim possunt non loqui ho-

mines, expeditis præsertim loquutionis vocalibus instrumentis, at quānam alia quæ ſo lingua vſos credamus eos qui non aliunde migrarint, niſi ea quæ ipſos ſempre comitata ſit? Quapropter hoc plus ceteris nobilitatis græca lingua fortita eſe videtur, quod aliae, hominum inuenta proculdubio ſunt: hac, naturalis quodammodo exultinari potest: quandoquidem in eam primi illi homines nulla arte nullaque industria, ſed naturali quodam instinctu duci fuerint. Cur enim ea potius verba in mentein venerint illis hominibus nullius adhuc rei gnaris, quām alia? Quippe natura ipſa omnium rerum prouida, ea voluit lingua instituere illos homines quæ ad ſui poſtae indagacionem atque expreſſione plus aliiquid ceteris collatura eſet humano generi. Quod non ſefellit, tanto enim græca lingua ceteras omnes anteceſſere videtur in trādenda rerū cognitione, quanto homo aliquis omnium rerum peritissimus, atque ingenio perficacissimo ac propè diuino, hominem alium mediocris literaturæ, tenuifissimæ à natura ingenij antecedit. Non modò cuius disciplinas omnes quotquot vñquam fuerunt, & melius & copiosius Græca ipſa & perlustrauit & tradidit, ſed & i alto sermone hac exprimere aut efferre nitare, plurimū necelarū lucis ac propè veritatis ipius abſtulerit. Ideoque veluti thancum merito crediti potest, quicquid aliis literis ſcriptum legatur: ſi cum eo conſeratur quod à Græciis proditum ſit. Nec id hominum tantum cauſa eueniare dixeris, qui non eam vel curam, vel diligentiam adhibuerint in perquirendis rebus aut trādendis, quam Graci homines. Nam id quoque verè dicitur: (quid enim intentatum illis? vt Plinius inquit) ſed ipſe quoque cæterorum sermo non eam patiut expreſſionem quam Græcus, atque adeo vt plus naturam efficiere quām verbi monſtrari poſſit, in alijs quidem loquutionibus non procul abſit à vero: in Græca autem tantum abſit, vt verè dicatur, vt melius etiam aliquanto atque significantius nonnulla ante oculos ponat, quām natura ipſa molatur. Id autem Latini interim sermonis argumento intelligi licet: qui quām eleganter & ſit & habeatur, à Græco tamen longe ſuperatur. Diuus quippe Hieronymus, Proprietatem (inquit) Græcam Latinus sermo non exprimit. Quintilianus, Videtur mihi sermo ipſe Romanus non recipere illam folis conceſſam Atticis venetem. Gellius. Adieci (inquit) ſape animum ad vocabula rerum non pauciflamma, quæ neque ſingulis verbis ut à Græcis, neque ſi maximē ploribus eas res verbis dicamus, tam diligēdē tamque aptè demonſtrari Latina oratione poſſunt quām Græci ea dicunt priuis vocibus. Et pauſo pōſt, Sed huius, inquam, tui erroris culpam eſſe